

## Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Tanquam Patri igitur dicet.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

Varia à D. Iesu Christo efflagitanda in Sacra Communione  
gratia, secundum Varios, qui  
ibi conueniunt, Ti-  
tulos.

**Q**VIA igitur varij sunt tituli, qui Christo Domino conueniunt, dulce erit, nunc sub uno, jam sub altero illum accedere, & varias Titulis cōpetentes poscere gratias. Exempli causa,

Tanquam Patri igitur  
dicit.

**O** Domine Iesu Christe,  
O amabilissime Pater a-  
nimæ meæ, toto corde depre-  
cor remissionem modici a-  
G. s. mo-

98

*Modus Deuotè*

moris, timoris, reuerentiae, & obedientiae quam tibi huc usque exhibui.

2. Precor gratiam amandis te in posterum, amore & timore filiali, & reuerentiali, cum obedientia, tuis diuinis obtemperandi præceptis, & sanctis inspirationibus, & mei status obligationibus.

3. Gratiam tuarum imitandarum virrurum.

4. Gratiam perfectè resignandi me in omnibus in æternum tuo beneplacito.

*Sicuti AdGocata.*

1. **B**Enignissime Domine Iesu Christe, qui per infinitam tuam misericordiam, apud